

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 76.

Elysiun-Meum. Die Martis 23. Octob. 1810 (Necv. 8, O. G. I. o.)

Aestimatae paginae: „*Miscellanea pro novissima orbis scientia*, sequentes continent *annuadversiones*, occasione abolitionis *Decretorum Napoleonis Berolino & Mediolano*, intuitu commercii editorum, quae nonnullis Lectorum nostrorum non ingratae futurae videntur.

Revocatio *Decretorum Napoleonorum Berolino & Mediolano* memorabilem in *Historia Gallo* — Anglicani commercialis belli Epocham fecit — prout *adparitio* illorum *Decretorum* olim orbem stupore replevit, *Statum* commercialem ad summas anxietates deduxit, atque ut summum reciprocae indignationis, exasperati abalienataeque animi complementum considerabatur.

Intolerantes, hostiles Britannici *recreti* *Conclavis rationes* (principales) erga quavis commercium exercentes nationes originem dedere his agendi grandibus rationibus, quibus *Decreto Berolino* de 21. Nov. 1806 *Britannicae Insulae* in stata obsidionis declaratae sunt, ut sic omnis mercatus, omne commercium litterarum cum Anglia desierit, quavis *Anglicana* proprietas in *Conteute*, quatenus foedere cum Gallia jungitur, aut *Galliae* armis paret, in *fiscum* redacta, omnis *Anglus* ibi *deprehensus*, in *bellicam* captivitatem abdu-

Quis est; vigore cuius porro (*Decreto Mediolan. de 17. Dec. 1807.*) quævis neutri etiam parti addictorum nationum naves, hostiliter tractatæ & adprehensæ sunt, quamprimum se a bellicis Anglicanis navibus lustrari, pervestigari, aut vi adigi ad telonium pro oneribus, quæ continebant, in Anglia pendendum, siverunt.

„Id genus rerum status perseverare diu nequit, quia diriffimos effectus exerat per quasvis orbis partes, & super miliones olim florentissimas se exporrigat familias. Fabricis Continentis tandem materiæ primigeniæ, quibus carere non poterant, desisse debuerunt, in Britannico Commercio ex defectu omnium commercialium nexuum orti immanes hiatus; remotis Indiis, quamvis M. Britannia immensas vires & alacritatem suam intruderit, non tamen poterant omnes illæ, quibus eguerunt, merces suppeditari, honor neutralium nationum quotidie in maribus, & Europæis portibus violatus erat, Anglia juxta & Gallia terrificum axioma sanxere:

„*Qui nobiscum non est, adversus nos est*”

Congressus Americanus diu incertus quid agat, inter belligerantes partes vacillabat, honori suæ Reipublicæ non minus, quam ejus commercio gravia vulnera inflictæ sunt.

„Per annos anxiam hanc adjunctorum conditionem Anglia fortiter sustinuit; tandem quo intensius Napoleo suas agendi rationes manutenuit, eo magis anxietas intensa est. Nobilissimis, opulentissimis mercatorum So-

cletatibus quotannis invalescens imm'nebat
int-ritus. Intra semestris anni spatium, i.
e. a Dec. 1809 usque Junium 1810 Ephe-
merides Londinenses prope Septingentorum
Elenchum texuerunt, cui fortunis lapsi sunt."

„Foederati Americæ Borealis Status vio-
lentis, contranaturalibus relationibus f'f'i,
tandem pro genuina status sui ratione, atque
sæpe læso honore animum obfirmarunt. Con-
gressus solenniter declaravit Neutralitatem
suorum portuum & vexillorum, Britannis,
æque ac Gallis aditum ad nudinas suas pa-
tescivit, atque hostiliter minatus illi, qui
adoptatam a se neutralitatem evitaverit.

Quibus intellectis Gallia dura illa Decre-
ta Berolino & Mediolano etiam revocavit,
spe freta, Angliam Intolerantiæ in-maribus,
suae atque novi systematis obsidionalis
principiis aut renunciaturam, aut hostilitatem
Americæ adversus se in armis consistentem
visuram. — Quare sub conditionibus ea re-
vocabat, & eorum abolitionem usque Cal.
Nov. 1810 differebat.

Anglia magnis sui status rationibus per-
mota atque, ut videtur, propensior quam ul-
lo alio tempore, ad mitiores amplectendas
rationes (principia) per adparatum, plures,
Mercatoribus suis in Gallias mercatum faci-
entibus, impertiendi favores, non minus spem
imminentem quatumvis mercantiliū relatio-
num grandipaligenesi suppeditavit.

Videtur saltem, factō immōni æque, ac
inani experimento, menti illucere: universa-

lem Commerci interdiſtionem ad ipſas primigenias materias, product que Colonialia extenſam, paſſim nec accelerare, neve removere, & ei obicem ponere poſſe; bene vero: quod pro Gallia, æque ac Anglia, America, aliisque Statibus inexplicabilem perniciouſam actionem in rem ætariam exercere debeat, quod porro ea Continētis fortunæ, inorum fundamentorum tenus ſuccutiat, dum Continētis Fabricis neceſſaria primigenia materialia intolerabilibus duntaxat pretiis admittit, atque productorum Colonialium venditioni omnem viam intercipit.

Uſque bellum durari, prævidere licet, eſtque pro Continētis Industria, prout ad compaſcendam Britannicam arrogantiam indeclinabilis conditio, ut Interdiſtio quorumvis Angliæ noſum fabricatorum iuehendorum a conditis continētis Statibus cuſtodienda ſit. — Hic rerum articulus, aut nullus alius, ſolertiæ in artibus perficiendis Continētis Incolarum felicem æmulationem cum Inſularum conciliat.

Ex aduerſo, alia animadverſio, quæ memorabilem hanc temporis peritiam comitatur, æque notatu digna videtur. — „Quæ ratio eſt, quod Gallia favorabili hoc adiutorum articulo non utatur, ad Commercium terreſtre, quamdiu hodie num bellum durari, in inmani dominatus ſui ambitu æque ſibi vindicandum, ac Anglia mari Commercio dominatur?“

Exempli ergo: si Galliz in toto spheræ suæ complexu, plures stationes Teloniales erigeret, in quibus commercium cum definitis mercium articulis erga dependendum ve-ctigil Galliz admittam esset; si Dantiscum, Stralunda, Lubeca, Brema, Amstelodamum, Rotterdamum, Portus gratiæ, Bredgla, Mirilia, Genua, Liburnum, Civitas vetus, Neapolis, Anona, Venetiæ, Teigestum & s. portuales Gallicæ Urbes declararentur, reliquæ omnes stationes militibus copiis arcissime commercio, & importationi occluderentur — quam, quæso, uber *finantialis operatio* non foret hæc pro Gallica Corona? — quanti nos rediunt Gallicani regiminis Gazæ & quam largiter non adfluerent, etiam tum, si Tariffam Telonialem, quæ nota est *) pro Colonialibus productis de 5. Aug. 1810 in duabus tertiis devalvaret?

*) Defixi vectigalis memorato Decreto pro mercibus importatis *Tariffam*, cujus hic mentio fit; vide, sis, *Neovid. latinum* Nro. 74. pag. 591 & 592.

Negari nequit: Germano perin ac cuivis aliarum nationum acerbum, & dolorosum accideret hoc ex Commercio suo tributum Galliz pendere; ast nihilominus dura hæc sors hodie optanda manet Galliz, prout cuivis alii nationi, cum denique, prout rerum hodie status est, de nulla alia rerum faventiore coordinatione cogitari possit. — saltem per id vita, & fortunæ mercantiliæ mundi promoverentur, saltem per id tam dome-

sticorum productorum exportatio, quam Colonialium productorum importatio secunda redderetur. — Imo tali ratione operando saltem in ratione mercantili utique indifferenti animo esse liceret, an Americano porro quoque Angliæ tributum pendendi voluntas sit, aut non; tanto id quidem magis, quod commercialis Status Gallicani Imperii, & Fœderatorum hanc commercii sui securitatem a Gallicano regimine præari debeat, atque solum Americanorum referre videatur, quamdiu ignominiam suorum vexillorum ultro tolerare velint.

„Adhuc pax orbis remota est. Ingentes revolutiones, sub quibus Americæ australis populi hodie se explicant, eam denuo remove velle videntur. — Adhuc plurimum Europæorum Statuum sors indecisa est. Hispania & Portugallia pacanda primum, novis orientes Status in Austro & borea Americæ ad rationem Angliæ & Galliæ exigendi, & ab utraque parte securi reidendi. Commerciales Tractatus inter ipsos Europæos Status, prout novos & veteres Europæos Status inter & Americanos, suas primas adhuc, secundum quas ineundi, rationes opperiantur.

In tristi hac rerum facie, quid aliud optandum restat, quam ut commercium & industria nationalis Continentis saltem adeo alacriter exciteur & favore protegatur, quam sub tam labefactatis relationibus, sub tam hostili rerum situ, qui diuturnitatem, por-

tendunt, esse potest? — Et qua id ratione in effectum deducibile foret? quam per illas finanziariales operationes erectione Gallicarum telonialium Stationum, in quibus locita ratione & absque periculo multarum milium familiarum Galliarum reditus augerentur, interea Continentis producta mercium depositionem, atque hujus fabricæ cum omnium Angloanorum Fabricatorum elisione primigenias materias rursus recuperarent.'

Diarium Eventorum Politic Turcia.

Ex privatis litteris Constantinopoli 1. Aug.
 Nihil jucundius auditu nobis, quam articulum ex Anglicanis Ephem. de Turcia disseverentem. Jam Angloana Classis Fretum Dardanell. transiit, atque ad portum Constantinop. stationem fixit, jam Classis hæc in Mari nigro se conjungit Turcica, eique DD. Novellistæ jam ad ostia Danubii, jam ad Russicum aliquem portum stationem assignant. Ad lepidas has assertiones in Europa perspicendas, sciendum: constare hic calam: Turcicum Dardan. Præfectum severissima & clarissima Jussa habere, Anglicas mercatorias naves lustrandas curandi, cunctaque Regæ maritimæ rei navigia transitu prohibendi. Ipsi testes fuimus, quam difficile Imperator se præbuerit, usque Fregatæ, qua D. Adair in Angliam revehendus erat, portum subeundi veniam dedisset, quam interim ob mortem ab antiquo receptum ei denegare nequiverit.

Videtur Isthic admodum demonstratum: Pontum Euxinum non esse destinatum, ad M. Brit. vela recipienda, quamquam dominium marium tantopere hæc Potentia usurpet, hoc n. l. omnia mare ceptro ej. s. se abducatum, & illæsum se conservaturum. Quod vero in adornandis Angl. Ephem. ad hæc vobis mirabilis videtur est, continua affectatio, quæ vox *Fœdus* semper annuatim, quoties de relatione Angliæ cum nostro regimine sermo agitur. Hic ritu hoc excipitur, at sævam videtur Anglos verbi hujus gratia vexare, imo naturæ le habetur, cunctis in Continente Fœderatis amissis, unum retinuisse, eos videri velle."

In hac Typographia Viduae et Haeredum Belnayanorum libri sequentes venales:

- Principia Politicæ, & Rei ærariæ &c. latine reddita a Volfg. Beke, III. Tomi 6 fl.
- Catechismus in usum omnium Ecclesiarum Imperii Gallici. Juxta Exemplar, Parisiis a. 1806. apud Viduam Nyon, natam Saillant, cum Privilegio Cæsareo editum, e Gallico in Latinum sermonem translatus. 8. 1808. 1 fl.
- Schelle Historia Univ. latine II. Tomi 6 fl.
- Georch Eliæ) Jus patrium, III. Tomi 5 fl.
- Fedor, és Mária, vagy a' hőltig-tartó ritka hűség, és a' nagyra vágyasból származott gyászos, de melió szerentsétlenség' tüköre. N. V. Ajtay samuel által. 1807. 8. 1 fl. 12 xr.